



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regularis Ord. S. Augustini De
Imitatione Christi Libri Quatuor**

Thomas <von Kempen>

Coloniæ, 1723

V. De propria consideratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45773](#)

C A P U T V.

De propria consideratione.

1. **N**on possumus nobis ipsis nimis credere, quia s̄æpe gratia nobis deest, & sensus.

Modicum lumen est in nobis, & hoc citò per negligentiam amittimus.

S̄æpe etiam non advertimus, quod tam cæci intus sumus.

S̄æpe malè agimus, & pejùs excusamus.

Passione interdum movemur, & zelum putamus.

Parva in aliis reprehendimus, & nostra majora pertransimus.

Satis citò sentimus & ponderamus, quid ab aliis sustinemus: sed quantum alii de nobis sustinent, non advertimus.

Qui bene & rectè sua ponderaret, non esset, quod de alio graviter judicaret.

2. Internus homo sui ipsius curram

De Imitatione Christi
 ram omnibus curis anteponit : &
 qui sibi ipsi diligenter intendit , fa-
 ciliter de aliis tacet.

Nunquam eris internus & devo-
 tus , nisi de alienis silueris , & ad te
 ipsum specialiter respexeris.

Si tibi & Deo totaliter intendis,
 modicum te movebit , quod foris
 percipis.

Ubi es , quando tibi ipsi præsens
 non es ? Et quando omnia percurri-
 sti , quid (te neglecto) profecisti ?

Si cupis habere pacem , & unio-
 nem veram : oportet quod cætera
 cuncta postponas , & te solum præ
 oculis habeas.

3. Multum proinde proficies, si te
 feriatum ab omni temporali cura
 conserves.

Valde deficies, si aliquid tempora-
 le reputaveris.

Nil magnum , nil altum , nil gra-
 tum, nil acceptum tibi sit , nisi purè
 Deus, aut de Deo sit.

Totum vanum existima, quidquid
 consolationis occurrit de aliqua
 reatura.

Arnans

Amans Deum anima sub Deo de-
spicit universa.

Solus Deus æternus & immensus,
implens omnia, solatum animæ, &
vera cordis lætitia.

C A P U T . V I .

De lætitia bonæ conscientiæ.

Gloria boni hominis , testimoniū
nium bonæ conscientiæ.

Habe bonam conscientiam, & ha-
bebis semper lætitiam.

Bona conscientia valde multa po-
test portare , & valde læta est inter
adversa.

Mala conscientia semper timida
est & inquieta.

Suaviter requiesces, si cor tuum te
non reprehenderit.

Noli lætari , nisi cùm bene feceris.
Mali nunquam habent veram læ-
titiam , nec internam sentiunt pa-
cem: quia non est pax impiis , dicit
Dominus.

Et si dixerint : In pace sumus, non
venient